

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium n
cum fonte primo

Iudicaturus domino lugubre
mundus immugiet, et tribus ad
tribum pectora ferient. Potentissimi
quondam reges nudo latere palpitabunt;

adducetur cum suis stultus Plato
discipulis, tunc Aristotelis argumenta
non proderunt,

quando ueniet ille
filius paupercule questuarie iudicaturus
fines terre.

Ieronimus in epistola ad Eliodorum
monachum.

iudicaturus domino lugubre
mundus immugiet; tribus ad
tribum ferient pectora; potentissimi
quondam reges nudo latere palpitabunt;
exhibebitur cum prole sua uere tunc
ignitus Iuppiter;
adducetur et cum suis stultus Plato
discipulis; Aristoteli argumenta
non proderunt.
tunc tu rusticanus et pauper exultabis,
ridebis et dices: ‘ecce crucifixus deus
meus, ecce iudex, qui obuolutus pannis
in praesepio uagiiit. hic est ille operarii et
quaestuarie filius,
hic, qui matris gestatus sinu hominem
deus fugit in Aegyptum, hic uestitus
coccino, hic sentibus coronatus, hic
magus daemonium habens et Samarites.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 14,
11, 1-2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.61,
ll.4-14).